86392

Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

IVRE ALCHYMIAE

Vom

Recht der Alchymisterey,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIÆ, MONTIVM, ANGARIAE ET WESTPHALIAE, ET RELIQVA

CONSENSV ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE

SVB PRAESIDIO

DN. FRIDERICI GOTTLIEB STRUVII

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS CVRIAE PROVINC. SAXON. ADVOCATI ORDIN.

DOMINI PATRONI PRAECEPTORIS AC AFFINIS SVI OMNI OBSERVANTIAE CVLTV PROSEQVENDI

IN ILLVSTRI ACADEMIA IENENSI

MDCCXVII. D. XXVIII. SEPT. HORIS ANTEMERIDIANIS

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

MICHAEL FRIDERICVS ZVLICHIVS

LL. CVLT.

IENAE,

WERTHERIANIS TYPIS.

PARENTI HONORATISSIMO, DILECTISSIMO

VIRO

SVMME REVERENDO ATQVE EXCELLENTISSIMO

MICHAELI ZVLICHIO

SS. THEOLOGIAE DOCTORI,

CONSILIARIO ECCLESIASTICO ET CONSISTORIALI

DIOECESEOS IENENSIS SVPERINTENDENTI

ET

PASTORI PRIMARIO MERITISSIMO

NOMINALIA

III. CAL. OCTOBR. CELEBRANTI

GRATVLATVRVS ACCLAMAT

VIVE DEO, MIHI VIVE PATER, CVNCTISQVE SVPERSTES

ATQVE DECEM LVSTRIS ADDITO LVSTRA DECEM

HASQVE SACRAE THEMIDOS PRIMITIAS

Ob beneficia innumera & maxima

Cum voto perennaturæ Incolumitatis, perennisque felicitatis

humillima mente manuque

DAT, DICAT, DEDICAT

EIVS

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

Filius Obsequentissimus

MICHAEL FRIDERICVS ZVLICHIVS.

LL. CVLT.

C. D.

Th. I.

Uanquam ſuſpectum fere, atque odioſum penitus apud plerosque habeatur *Alchymiſtarum* nomen; Nihil tamen eſt, quod genium humanæ mentis magis excitet, quam inſatiabilis illa auri habendi cupido. Ut proinde *Ars alchymiſticæ*, quæ tale, veluti ex cornu copiæ, largiter diffuſum, promittit, tacita quadam vi mentes humanas pelliceat, & auri ſacra fames quaſi cogat *l. 31. C. de epiſc. & cleric.* ad ſectandos tales viros, qui has artes vel aperte vel clam profitentur. Quamobrem eo minus nobis vitio verti poterit, ſi etiam JCtorum placita, quantum nimirum ex raris, aureæ licet Jurisprudentiæ, fodinis & fibris tantum ſcriptorum hac de re, colligere licuit, per modum *Diſſertationis Academicæ* proponamus ita, ut conſideratis primo, ſed breviter, nominalibus, & ſignificatione vocum; deinde exiſtentiam hujus artis, & denique jura illius exhibeamus, quantum à JCtis ea de re ſubminiſtratum fuit; ſemper tamen memores proverbii illius Hiſpanici; *Alquimia pravada tener renta, gno gaſtar nada.* *Ingreſſus & partitio Diſſertationis.*

id est: *Probatam habe Alchymiam, reditus habere certos, & quæ bene dispensare.* Et licet artem Alchymisticam à curis JCtorum prorsus alienam esse, censeat Anton Freundeberg *decis. pract. morator. conclus. LXVIII. n. 10. pag. 493.* facile tamen pareat, eundem intelligendum esse, de tali tractatione chymica, per quam à functionibus suis ordinariis abstrahuntur JCti, & ita officium suum negligant; quodtamen nostri instituti non est, divertere ad anfractus, sed viam ubivis regiam sequi intendimus.

Th. II.

Notatio vocis Alchymiæ etymologica.

Originationem proinde *etymologicam* vocis *Alchymiæ* quod attinet, frequentius asserunt, esse vocabulum ex Græco & Arabico idiomate mixtum; Etenim, uti Viri eruditi legere malunt χυμία quam χημεία, illud deducunt à græco χύω id est, *fundo*, ut ita Chymia item sit ac *fusio* seu *fluxus*, scilicet, quia fundit metalla, immutat viliusque in melius convertit. Add. Vossius in *Etymolog. vocab. Alchymia.* Hanc porro vocem interpolasse tradunt Arabes, addito suo articulo *Al* & inde Alchymia effecta est Guid. Pancirollus *Rer. memorabil. Lib. II. tit. 7.* Becman. *Manud. ad Lat. Lingu. cap. IX. p. m. 64.* Equidem Cæl. Rhodiginus *Lib. VII. Lect. antiqu. cap. II.* vocat *Archimiam* quasi ἀργύρου χημείαν i. e. aurifactionem, sed illa lectio nondum à litteratis fuit adprobata; Et certe cum Chymia & ars metallorum fusoria sit antiquior, quam inventum præparandi auri vel argenti; utique prior deductio, qua à *fusione* potius, quam *factione*, derivatur, magis placet. Præterea Quercetanus *Lib. I. de priscor. medicina cap. II.* singulariter scribit, *halchymiam* atque esse ait ab ἅλς & χυω, ut proprie sonet *salis fusionem*, quod referri potest forte ad tria Chemicorum principia, sal, sulphur, & mercurium. Verum hæc notatio nimis, foret remota. Denique ex Hebræo fonte derivat Delrio in *Disquisit. magic. Lib. I. Cap. V. sect. I.* & quidem à voce *Helichim*, quod significat itinera seu fluxus, quod dicitur ab *Halech*, quod notat, facere ambulare,

lare, seu fluere, ex hoc ergo facili formatione Alchymiam descendere opinatur, cum illa sit ars fusoria. Verum prior etymologia græca, flexione est facilior, & magis à Scriptoribus probata.

Th. III.

Descriptio Alchymiæ & varia synonyma.

In sensu, arro specialiori acceptum vocabulum Alchymiæ, nobis denotat illam *artem, quæ docet transmutationem metallorum in aurum.* Et alias *Chrysopoeia, Argyropoeia, Ars aurifactoria*, & à recentioribus sæpe *spagirica* à segregando & congregando auro appellari solet. Bornit. de *Rer. suffic. Tract. II. cap. 41.* Effectus præterea ac finis hujus artis *Tinctura auri, Arcanum mundi* &c. & symbolicis etiam ex mythologia veterum desumtis nominibus, *Pandoræ poculum, Colchis aurata pellis, aureum vellus* &c. & denique vulgato satis nomine *Lapis Philosophorum* dici consueuit der Stein der Weisen. Extant præterea alia plura nomina & encomia, quibus hæc ars à Merculino, Trevisano, Faniano, Rosario & aliis ejusdem fautoribus longè extollitur.

Th. IV.

Secretio auri & transmutatio differunt.

Est autem hic facienda differentia inter *secretionem* auri & *transmutationem.* Illam dari, artis fusoriæ experimenta satis comprobant, nam in omnibus metallis aurum inesse dicitur; Transmutatio vero non saltem aurum, quod inest, secernit, verum etiam reliquam materiam à sordibus suis purgatam in aurum convertit. Transmutationem ergo dum dicimus, intelligimus per hoc vocabulum non essentialem quandam metallorum transsubstantiationem, sed tantum perfectionem metallorum, ad suum naturæ perfectionis gradum, quem, ex indita quadam à divino Numine vi, operationes naturæ intendunt. Etenim hanc naturam veri Alchymistæ adjuvant, impedimenta operationis naturalis per artem removent, & ita ad arcanum illud pertingere possunt, quæ transmutatio metalli in aurum dicitur. Bene illud

advertit ex Veteribus JCtis Joh. Andreæ in *Additionibus suis ad Speculatorem* sive *Durandi Specul. Jur. Lib. IV. Partit. 4. de Crim. falsi*, ubi ait: De Alchymistis dubitari solet, an incidant in pœnam falsi, quidam eis adaptant verba Pauli *II. Timoth. cap. 4* illamque ex *can. Nec mirum 14. Caus. 26. qu. 5.* item ex *can. si quis 10. Dist. 37.* prohibitam esse censent. Dicitur præterea, illam artem, ubi ad aurum tenditur, non fieri, sine auri decoctione, quod est prohibitum *l. 1. C. de aur. publ. prosecutor.* In contrarium, qui ex magisterio artis, sine arte magica vel alia legibus prohibita de vili metallo, facit pretiosum, commendandus est, quia in hoc auget rempublicam *l. 1. C. de metallar.* Et isti metallarii privilegiati sunt *nec mutant unam speciem in aliam divisam, sed unam metalli speciem faciunt meliorem, ut de stanno vel ære argentum vel aurum.* Nec mirum, cum videamus ex vermibus produci sericum, ex herba vitrum, ut habetur in Libro de proprietatibus rerum. *Quia omnia metalla procedunt ex sulphure & argento vivo*, sed ex Virtute Elementorum major est influentia in uno loco, quam in alio, ex quo evenit, quod uno loco vel minera fit stannum, alio aurum. Cum igitur ars imitetur naturam, non videntur Alchymistæ peccare, si per virtutem herbarum, lapidum: vel aliquorum elementorum meliorant metalla in metallum pretiosius, cum ambo fuerint ejusdem speciei & principii. Siquidem Augustinus dicit in Libro de *Civitate Dei*, uti allegatur in *can. 14. Caus. 26. quæst. 5.* Quod sint in rebus corporeis, per omnia elementa, quædam seminariæ rationes occultæ, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis atque causalis, prorumpunt in species debitas, suis modis & finibus. Hactenus ille

Th. V.

Est Alchymia ars & quidem ingenua.

Hujus proinde veluti consectarium est, *materiam primam* Lapidis Philosophorum esse *semen* metallorum, ex quo metalla generantur, *formam* vero artis consistere in resolutione, purgatione & coagulatione artificiosa secundum naturæ

turæ ductum. Ut inde satis pateat, operationem hanc non tantum *artem* esse dicendam, verum etiam *ingenuis & liberalibus* artibus esse accensendam. Licet enim ipsa operatio manuaria sit, & igniaria illa adplicatio mechanica esse videatur, tamen ipsum directorium artis & operationis magis in scientia artis, quam in tractatione manuum consistit. Referri autem potest pro diverso respectu, vel ad *Metallurgiam*, vel ad *Physicam*, vel suo etiam modo ad *Medicinam*, prout vel objectum, vel operationem, vel finem etiam hujus artis considero. Confer. Delrio in *Disquisit. Magic. Lib. I. Cap. V. quæst. 2.* Et hinc concludimus, quod instrumenta artis alchymisticæ à patre vel matre filio comparata, collationis oneri exemta sint, tanquam ad artes liberales impensa. arg. *l. 50. ff. fam. ercisc.*

Th. VI.

Dari vero, sive possibilem esse *Artem Alchymisticam* sive perfectionem quandam metallorum artificiosam ad summum suum gradum, omnino asserimus. Cujus existentiæ probationem syllogisticam in compendio exhibet Delrio in *Disquisit. magic. Lib. I. Cap. 5. Sect. 2. n. 2.* ibi: *Neque ex parte materiæ seu subjecti, neque ex parte modi, repugnat naturæ, talis metallorum metamorphosis. Non ex parte materiæ, nam illa est alterari & corrumpi apta, & perduci etiam apta ad formam præstantiorem, & est capax formæ introducendæ. Non ex parte modi, quia modus est per decoctionem naturalem ignis, qui decoctionem naturalem caloris naturalis proxime imitatur.* Verum an talis scientia inter res *deperditas* sit numeranda, an ad *nova* seculi speranda *inventa* referri debeat, non satis profecto constat. Tot enim tristes Alchymistarum eventus, & fallacissima probationum exempla, scientiam hanc, omni fere autoritate, & historias fide sua destituunt, aut certe rem maxime suspectam ac variis technis obnoxiam reddunt, ut tuto illis inhærere non possimus, & difficile fiat, *veritatem* à *falso* discernere. Eleganter hoc ipsum insinuat Thomas Garzon *Piazza universale* s. Allgemeiner Schau-Platz *Discurs. XIII.* cujus verba ex sermone

Datur, sive possibilis est ars alchymistica.

Italico

Italico in germanicam linguam translata, hæc ibidem habentur: Der grosse Anhang der Alchymistischen Schulen / welchen Sie bey nahe an allen Orten und Enden / Ländern und Städten / beydes an Reichen / Edeln / dürffte auch wohl sagen / vornehmen / tugendhafften und gelehrten Leuten bekommen / beneben so scheinbarlichen Gründen und argumenten / welche Sie zu Behauptung und Erhaltung ihrer Kunst einwenden / haben mir wohl vor zeiten Muth und Anleitung geben und gemacht / daß ich mich unterstanden / mit Gewalt und gewehrter Hand zu vertheidigen / und mit einem gründlichem Ernst alle die zu verachten und zu schelten / die in des Geberis officinam & Laboratorium nicht eintreten / des Arnaldi Secte nicht profitiren / das Collegium Raymundi nicht vermehren / und dem Christophoro Parisiensi, welches alle mit einander / also zu reden / recht güldene Männer / nicht glauben wollen. Aber der unglückliche Ausgang vieler derselben Successoren, ja des meisten Theils / damit ich nicht von allen sage / hat mir solchen Muth gäntzlich gelegt / als daraus ich mir wiederum festiglich / und aus gewissen Gründen eingebildet / daß es eine falsche und irrige Kunst / deren Professores elendig / die Instrumenta unnützlich / die Unkosten schädlich / die Mühe vergeblich / die Begierde blind / die Hoffnung betrieglich / die Verheissung lügenhafftig / und endlich der gantze Krahm nichts anders / als eine Vorbereitung zu einem elendigen Hospital / und laußfreßigen Armuth sey: Und wie einer / der durch so viel Exempel derer / die durch eine unersättliche Begierde / sich in kurtzer Zeit zu bereichern / die Zeit / Guth / Ehr / Verstand / Leib und Seel vergeblich aufgewandt / erschreckt worden / kan ich mich nicht wiederum erhohlen / und zu meiner vorigen Stimme kommen / ich werde denn mit ihren hochberühmten auro potabili, welches ihren Vorgeben nach / die Todten aufferwecket / und denen Wahnwitzigen grosse Weißheit und Verstand verursachet / wiederum gelabet / und durch seine wunderbarliche Krafft erqvicket. Doch will ich noch mit halber und stamlender Rede ein Theil erzehlen des grossen Lobes und Ruhmes / welches dieser Profession zugemessen wird / auf daß man nicht gedencke / ich sey so verzagt oder auch partheyisch / daß ich ohne

Erachtung

Erachtung so vieler herrlichen und schönen argumenten/ die sie auf ihrer Seiten haben/ sie nicht beschönen dürffe noch wolle. Nach welchen ich aber gleichwohl hernach werde müssen die Warheit sagen/ und anzeigen/ welchermassen diese arme Tropffen mit dem luto sapientiæ oder vielmehr Pech besudelt/ mit oleis gesalbet/ in Rauch gebraten/ in Feuer verbrannt/ in Schlaff bemühet/ und in Wachen geschwächt ihre Zeit/ Haab und Güter/ Mühe und Arbeit in der unseeligen Schul Gilgilidis und Morieni, ihrer klügeren Præceptoren/ als sie gescheidte Discipeln gewesen/ elendiglich und vergeblich aufgewendet/ und zugebracht haben.

Th. VII.

Quanquam igitur non negamus, *Sophisticam* Alchymiam pluribus probari exemplis, quam *Veram*. Ex hoc tamen Veritati rei in se spectatæ nihil detrahitur, sed cautiores tantum reddit veræ artis cultores, ut omnia bene explorent. Primum autem argumentum pro adstruenda ejus veritate, possibilitate, & existentia deducunt ex *Natura metallorum*, utpote quæ invicem non *specie*, sed *gradu* tantum *perfectionis* distare arbitramur. Cum enim communes sint metallorum proprietates, scilicet quod *ductilia* sint & *liquefiant*; ideo hi communes effectus communem aliquam præsupponunt causam, & materiæ primæ generalem quandam convenientiam, alias diversæ in suo primo principio omnium communi & proximo materiæ, non possent per omnia ita æquales producere effectus. Videtur enim natura certas quasdam rerum Classes constituisse, quæ quidem omnes in uno universali conspirant, veluti ad unum naturæ centrum; Verum in generibus suis subordinatis & proximis invicem differunt. Quodsi ergo hoc certum est, metalla invicem in materia quadam prima eaque proxima inter se convenire, necesse est, ut statuamus, metallorum differentiam non ex sua natura intrinseca, sed tantum per accidens, propter externum aliquod circumstans fieri, ex eo, quod de particulis crudis terrestribus quædam metalla plus, quædam minus habeant ad-

Existentia artis probatur I) Ex natura metallorum.

mixtum, prout vel terra & liquor aquosus unde metalla enascuntur, magis sunt defæcata & per calorem naturalem decocta atque a sua cruditate naturali purgata. Vt hinc natura, quæ semper ad suum centrum & ita ad perfectissimum tendit, tantum per externum aliquod impedimentum impediatur, quo minus semper intentata perfectio possit fieri, & impuritas terrestrium particularum tolli; Ex terra enim & humido nasci metalla, prout lapides ex succo lapidifico, non tantum locus, unde effodiuntur, declarat, sed etiam involucrum terrestre & gravitas, quæ propria terræ & aquæ affectio est. Quodsi ergo artifex naturæ recte minister dicitur, & omnia artificia in eo conveniunt, quod materiam crudam tantum politiorem reddant, & ad usum optatum transferant, hinc facile licet concludere, adesse quoque aliquod principium artis, quod hoc naturæ ministerium etiam in purificandis & perficiendis metallis suppleat, & semina rebus metallicis communiter a benignissimo Numine indita ad suam vim & efficaciam excitet, removendo nimirum per artem impedimenta, quæ operationibus naturalibus perfectissimis obsistunt. Est enim perpetua inter se naturæ & artis connexio, ut una alteram adjuvet, & optimus philosophus dicatur, ille, qui est naturæ minister. Atque in hanc rem bene loquitur Olorinus in *Ethograp. mundi Part. IV. fol. 146. & seqq.* ubi ait: Es ist wohl an dem/ daß etliche Alchymisten gefunden werden/ die durch fleißige Speculation und Erforschung der Natur und sonderlich der metallen und mineralien / daraus die metallen in der Erden erwachsen/ so viel erfahren/ daß sie in die Fußstapffen und Vestigia Naturæ kommen/ und ein metall in die andere können durch Hülffe des Vulcani und Feuers verändern / durch wunderbarliche Geheimniß / so in die metallen und mineralien von GOtt eingegossen sind/ wie man siehet in den Silberglet und Asche/ daß man daraus das schöne durchleuchtende Glaß soll formiren/ desgleichen die metalla und planetæ unter sich eines des andern Natur soll anziehen / als daß man den harten martem, das ist das harte Eisen durchs Wasser/ oder durchs Feuer in Kupfer

fer/ und in Venerem transmutiren/ oder tingiren oder verändern soll. Inmassen an vielen Orten/ da man Victriol Bergwerck hat/ zu befinden/ daß/ so Eisen in die Kißlaugen gelegt/ sich tingiret/ von Stunden rothe Farb an sich nimmt/ und nach der Zeit zu guten Kupffer wird: Wie denn zu Zipsen in Ungarn/ ein Brun ist/ da die Bauren Eisen einwerffen/ welches durch den Rost umgeben/ und wieder umgeschmoltzen/ gut rein/ bestendig Kupffer giebt/ wie Theophraftus dasselbe angezeigt und wahr ist. Und fürter dann unlaugbar bekant/ und bewust/ daß man durch Hülffe des Vulcani oder Feuers/ und sonst andern Zusatz der mineralien/ nemlich Galmey oder Cadmia dasselbe Kupffer zu schönen Meßing gebessert und gebracht/ ingleichen das Eisen zu guten Stahl gemacht wird. Auch sonst Kupffer mit etlichen mineralien und zugesetzten Magnet-Stein/ in Gestalt und Schein des Silbers tingiren kan. Daran kein Zweiffel/ daß man die metalla kan tingiren/ verbessern/ und durch Zusatz der angewendeten mineralien/ daraus dieselbe coaguliret werden/ so viel höher gradiret/ als das Silber zu Gold/ kan von rechten kunstreichen Meistern und rechtschaffenen Alchymisten verändert und gezwungen werden.

Th. VIII.

Probatur II. ex Principiis Chymicis

Alterum argumentum ex principiis Chymicis deducunt, statuentes, quod semina metallorum ex *sale*, *sulphure* & *mercurio* constent, atque ex illorum invicem diversa permixtione & textura diversitatem metallorum enasci. Quæ quidem principia eatenus adprobamus, ut hæc ad *elaborationem* & *formam* metallorum concurrere censeamus, ut nimirum per illa principia, resolutio, motus, calor & aliæ operationes metallicæ excitentur, quibus particulæ spissæ a solidis metallorum segregantur, ut in unam consistentiam æquabilem metallum concrescat. Ex hoc ergo ita concludimus; Quod dari possit aliquod artificium, quod ad exemplum hujus chymiæ naturalis, per tria illa principia elaborationem metallorum artificialem perficere queat, motu & calore convenienter

nienter ad ductum operationis naturalis attemperato. Atque huc spectant ea, quæ Thomas Aquinas in *Libr. Aristot. Meteor. Lib. III. sub fin.* ita differit, *Metallorum propinqua materia sunt sulphur & argentum vivum, sicut Alchymistæ dicunt; Ita, quod in locis lapidosis terræ, per virtutem mineralem generetur sulphur & argentum vivum, deinde ex ipsis generantur diversa metalla, secundum diversam commixtionem eorum. Unde etiam ipsi Alchymistæ, per veram artem Alchymiæ, sed tamen difficilem, propter occultas operationes virtutis cœlestis, quæ mineralis dicitur, quæ ex eo, quod sunt occultæ, a nobis imitari possunt, per prædicta principia vel per principiata, & ipsi faciunt aliquando veram metallorum generationem.* Eodem pertinet Celeberrimi Dni Buddei de Alchymia judicium, quod exhibet in *Element. Philos. Theoret. Tom. II. Cap. 3. §. 13.* ubi ait: *Celebris interim hic occurrit quæstio & maximopere agitata, quid de metallorum transmutatione sit sentiendum. De qua mihi ita videtur, ex rationibus philosophicis probari non posse, quod ejusmodi transmutatio fieri nequeat. Si enim supponamus, quod verosimile est, diversam metallorum texturam, ex diversa, mercurii, sulphuris & salis commixtione oriri, nihil obstat, quo minus mutata ista permixtione, ipsa quoque textura metalli mutetur, aliumque adeo colorem, pondus & reliquas proprietates induat. Præterea si diversos modos, quibus istam transmutationem contingere ajunt, consideremus, nihil in illis videtur occurrere, quod rationi prorsus repugnet, sive ex auro concentrato massa quædam conficiatur, quæ iterum se expandat, & aliud metallum tingat, sive mercurius cum antimonio conjunctus æquabili calore ad maturitatem perducatur, sive catholicum aliquod principium statuatur, ista vi admirabili præditum. An vero facta sit ejusmodi transmutatio, alia quæstio est, de qua dicendi hic locus non est.*

Th. IX.

Probatur III. a pari.

Tertium argumentum a pari deducitur; Cum enim ex physicis operationibus concludere velint, quod viva animalia, veluti scorpiones, bufones, muscæ &c. per putrefactionem & corruptionem corporum, tanquam per causam cooperantem, produci queant; Quidni etiam metalla, quæ tamen mul-

multo imperfectiora sunt, per operationes artificiales generari possent, si semen illorum, motu & calore naturaliter congruenti per artificium excitato, perficias, atque artificiali quadam concoctione ad maturitatem suam, evaporatis cruditatibus & superfluis humoribus, perducere quis sciat. Add. Delrio in *Disquisit. Magic. Lib. I. cap. 4. quæst. 4. sect. 3.*

Th. X.

Non destituimur porro summorum virorum *Testimoniis*; sicuti præter philosophos, Georgium Agricolam, Cardanum, Fallopium & alios; Etiam ex JCtis quoque plures artem eandem transmutatoriam metallorum defenderunt, nimirum Oldradus, Johannes Andreæ, Andreas de Isernia, Fabianus de monte, Albericus de Rosate, Jacobus de Belloviso, Prosper Farinacius, & plures alii, quorum Catalogum & opiniones, plerumque tamen à se invicem exscriptas, exhibet Reyher in *Dissertat. de Nummis ex auro Chymico factis cap. 13. & seqq.* similiter ex novissimis JCtis opinioni affirmantium præter alios accedit Limnæus in *Jure Publ. Lib. VIII. Cap. IV. n. 28.* ubi ita refert: *Sed quid de eorum auro, possibilisne metallorum in aurum transmutatio? Ego quo minus negantibus accedam, moveor & experientia & ratione Experientiæ clarum documentum vidi Florentiæ, in magni Hetruriæ Ducis rerum pretiosissimarum rararumq; Phylacio, ubi inter alia asservatur clavus ferreus, cujus una extremitas purum & verum aurum, altera vero ferrum, cum appensa schedula, hujus tenoris: Dominus Leonhardus Turnheiser, ex clavo ferreo, me præsente ac vidente, igne calefacto, ac in oleum immisso, in aurum vertit, Romæ die 20. Novembr. in mensa post prandium. Rationes vero vide apud Pererium in Physicis Lib. VIII. cap. 20. Reisch in Margar. Philosoph. Lib. IX. cap. 25. Augurell. in Chrysopœia, Libavium in Syrraxi Metall. alter th. 46.* *Probatur porro Testimoniis.*

Th. XI.

Accedunt denique plura *Exempla* quibus omnibus fidem derogare historicam, rationi non est conveniens, cum *Provocatur ad Exempla*

ex scriptoribus alias fide dignissimis, & ocularibus sæpe testibus relata sint, quorum testimonium alias in jure & foro civili validissimum habetur, & omnem aliam probationem vincere dicitur Stryck de *Jure sens. Dissertat. I. Cap. IV. n. 5.* Atque de his exemplis cumulum exhibet Joh. Wolfg. Dienheimius de *Medicina universali Cap. XXIV.* In specie vero ex antiquis huc referunt nonnulli *Salomonem* Regem, quem calluisse artem χρυσοποιήτικην, evincere conatur Ægid. Gutmann in Libro, cui titulus **Offenbahrung Göttlicher Majestät** *Lib. V. cap. 74. 75.* Præterea *Mosen* huc recensent, propterea, quod in sacris legatur, eundem vitulum aureum Israëlitarum in pulverem redegisse, quod sine arte Alchymica fieri non potuisse, autumant Conf. Bochartus in *Hieroz. Part. V. Lib. II. cap. 34.* Borrich. de *ortu & progr. Chym. p. 47.* Verum nos magis accedimus Joh. Adam Osiandro in Comment *ad Exodi cap. XXXII. v. 20.* ubi dicit: *si quid singulare in hac combustione esset, nihilominus illa contritio, non alicui notitiæ chymicæ, sed singulari potius informationi divinæ esset adscribenda.* Putamus nimirum, hoc ope magis divina auxiliatrice, quam artificii alicujus chymici invento fuisse perfectum, & magis miraculosæ, quam artificiali operationi esse adtribuendum.

Th. XII.

Ulpiani & Callistrati Veterum JCtorum opinio examinatur.

Sed quid de *Ulpiano* summo illo juris Antistite erit sentiendum? Certe eundem male in re chymica fuisse informatum, notant ex *l. 5. §. 1. ff. de R. V.* ubi refert, si *plumbum* cum *argento* commixtum sit, separari quidem posse; sin vero *æs* & *aurum* invicem commixtum fuerit, deduci sive separari non posse; Cujus tamen contrarium hodierni Chymici experimento aquæ Chrysulcæ ostendunt. Verum si verba textus inspicimus, ibi Ulpianus suam hac de re sententiam non exponit, sed tantum *opinionem Pomponii* JCti refert. Melius *Callistratus* statuit in *l. 12. §. 1. ff. de A. R. D.* ibi: *Si ære meo & argento tuo conflato, aliqua species facta sit, non erit ea nostra communis: quia cum diversæ materiæ æs atque argentum sit, ab artificibus separari,*

& in pristinam materiam reduci solet. Quem quidem textum Callistrati, superiori Ulpiani decisо contrarium quidam putant; Unde quoque Gothofred. in *Not. ad d. l. 12.* distinguit inter permixtionem, cujus separatio difficilis, & cujus separatio sit facilis, ita, ut prior permixtio communionem inducat, & de ista intelligit *l. 5. §. 1. ff. de R. V.* posterior communionem non inducat, de qua *d. l. 12.* accipit. Verum nos respondemus tractari à dictis JCtis diversos casus; Ulpianus enim ex mente Pomponii loquitur de *ære* & *auro* invicem commixto; At vero Callistratus de ære & *argento* permixto; Ut ita in se textuum nulla contrarietas, sed casuum tantum diversitas, quanquam uterque JCtus diversam videantur supponere hypothesin, quod mirum non est, quum diversa sectarum principia, quibus veteres JCti fuerint addicti, non tantum in decisionibus causarum moralibus ac civilibus, sed etiam in physicis rationibus facile dissensum possint inducere. Vt inde nulla contrarietas in his textibus à Triboniano relatis extet, sed tantum vestigium aliquod de dissensu veterum JCtorum appareat, quod alias etiam in Jure non est infrequens.

Th. XIII.

Dissentientium argumentis respondetur.

Certe non desunt, qui Existentiam hujus artis seu possibilitatem negant. Prout ex antiquis Erastus, Riolanus & alii recensentur à Vossio de *Nat. Art. Lib. V. cap. 15. §. 17.* qui & ipse cum aliis recentioribus negat. Et quidem omnia dissentientium argumenta, eo potissimum concludunt; *Quod ars non possit producere novam formam seu speciem*, adeoque metalla ex una specie, non posse transmutari per artem in aliam speciem. At vero ex superioribus dictis jam patet, tale argumentum nos non ferire, cum asseramus, metalla invicem non specie sed gradu tantum differre, & ita per talem artem non fit transmutatio in aliam speciem, sed tantum perfectio & purificatio metalli à suis scoriis seu impuritate, qua adhuc à summa auri perfectione metallica distat. Bene hoc explicat

cujus verba ex translatione in vernaculam noſtram hæc ſunt: Alle die/ ſo der Alchymie oder Chymiæ wie ſie mit dem Griechiſchen Nahmen genennet wird/ jemahls zuwider geweſen ſind/ oder noch auf den heutigen Tag zuwider ſind/ können keinen andern Grund noch fundament einbringen/ als den/ mit welchen ſich Thomas Eraſtus ein bewehrter und berühmter Medicus in ſeinem Buch de metallis auch behilfft/ daß nemlich die Kunſt auf keinerley Weiſe könne eine formam machen/ und daß eine ſpecies nicht könne in eine andere/ wie nahe ſie der auch verwand ſey/ durch einen natürlichen Weg noch durch Kunſt verwandelt werden. Welches argument aber bey den Alchymiſten weniger Beſtand hat/ als ihr flüchtiger mercurius. Denn ſie nicht verneinen/ daß die Kunſt/ in und vor ſich ſelbſt alſo betrachtet/ keine neue form machen könne/ ſondern ſind auch eben derſelben Meinung. Hierneben aber können Sie auch mit der That beweiſen/ daß die Kunſt ſo der Natur nachfolget/ gar leichtlich die formam introduciren und zu wege bringen könne. Welches denn in der Alchymie geſchiehet/ in welcher die Kunſt und die Natur ſo weißlich und vorſichtig mit einander arbeiten/ und ſich ſecundiren/ daß ſie der form, die andere unwiſſende und grobe laboranten/ mit ſo groſſer Begierde/ ſo mannigfaltigen Verſuchen/ Nachdencken und ſpeculiren/ noch täglich/ aber vergeblich ſuchen/ gewiß ſind. Und was die permutationem oder transmutationem ſpecierum belanget/ ſind ſie auch gäntzlich ſeiner Meinung/ in denen ſpeciebus perfectis & eſſentialiter differentibus interne, als zum Exempel/ ein Menſch/ ein Beer ꝛc. welche durch keine Kunſt in ein anders können verwandelt werden. Unterdeſſen können Sie auch gleichfalls beweiſen/ daß die ſpecies imperfectæ, welche die Natur alſo gebracht/ daß ſie durch mehr oder weniger zu unterſcheiden/ leichtlich in einander zu verwandeln ſind/ oder zu ihrer vollkommenen perfection können gebracht werden/ nemlich durch die Kunſt. Solches ſiehet man an allen unvollkommenen metallen, welche auch durch eine geringe Kunſt/ zu einer beſſern perfection können gebracht werden.

Th. XIV.

Deinde objiciunt; Quod *Natura nunquam à suis principiis secedat*, sed causam efficientem ac materialem ac locum suum semper observet, nec extra sphæram quasi suam ac circulos transgrediatur. Unde cum locus metallorum proprius sit terra, ideo talia extra venas terræ non posse generari; Et hinc concludunt, quod Alchymistæ faciant quidem aliquod simile auro, quantum ad accidentia exteriora, sed tamen non faciant verum aurum, cum forma substantialis auri non fiat per calorem ignis, quo utuntur Alchymistæ, sed per calorem solis in loco determinato, ubi viget virtus mineralis, & ideo tale aurum non habet operationem consequentem speciem, prout adducit Jac. Sprenger in *malleo Maleficar. Part. I. quæst. I. pag. 18.* Verum nos concedimus, materiam primam ex terra generari, negamus tamen locum proprium perfectionis & operationis metallicæ fodinas tantum terrestres, & vasa terræ esse, siquidem etiam in aliis corporibus deprehendimus, ea per artem produci posse extra locum alias naturæ consuetum, prout etiam addncit Thom. Garzon *l. cit. Discurs. XIII. pag. 161.* sequentibus verbis: Es hat sich auch noch ein anderer Philosophus, Ægidius Romanus genannt/ der Alchymistischen Schul widersetzet/ in einen seiner Quodlibeten/und dieses argument wider Sie eingeführet; nemlich/ daß die Natur allezeit mit etlichen gewissen/ vorgesetzten und determinirten/ oder mit gewisser Maaß umbgebenen principiis procedire in allen ihren operationibus, unter welchen principiis er causam efficientem, materialem & locum verstehet/und wie/ sagt er/ ein Pferd von einem Pferd wird generirt/ und nicht von einigem andern Thier: und ist das Pferd oder der Hengst die causa efficiens, das Geblüth aber der Studen/ causa materialis, und ihr Bauch ist der locus, in welchen die generatio und nirgend anders geschiehet: Also will er auch/ daß sich die metalla allein in der Erden/ und nicht ausserhalb derselben/ durch einige Kunst in Gläsern/ Kolben/ Feuer/ oder andern dergleichen Sachen

Aliud argumentum proponitur & refellitur.

chen generiren. Darfür sich aber die Alchymisten wenig entsetzen; sondern geben vor / daß wie die Bienen / die Fliegen und Frösche / welches creaturæ imperfectæ sind / generiret werden / so sie eine beqvemliche materiam darzu antreffen / ohne einigen Unterscheid des Orts / als daran auch nicht viel gelegen / also gehe es auch zu mit denen metallis imperfectis, welche wenn sie nur eine beqvemliche materiam antreffen / und durch die gebührliche Hitze concoquiret werden / sich leichtlich an allen Orten generiren / und läst sich ansehen / als wenn auch Aristoteles selbst dieser Meinung gewesen Lib. IV. meteor. da er von etlichen Concoctionibus redet / und endlich saget / es wäre nichts daran gelegen / ob dieselbe in naturalibus oder artificialibus vasibus geschehe / wenn nur die causa primaria und efficiens darzu käme.

Th. XV.

Origo artis Alchymisticæ.

Originem & natales hujus artis faciunt antiquissimos. Nonnulli enim ex Paradiso autoritatem Chymiæ deducere student, ajentes, arborem vitæ, item arborem boni & mali figuram lapidis philosophici mysticam fuisse. Alii ad tempora Tubalcain referunt, dum enim legitur, eundem artificem fuisse in ære & ferro, id ipsum de Chymiæ peritia accipiunt. Conf. Ol. Borrichius de *Ortu & progressu Chymiæ pag. 1. & seqq.* Plures inventum Ægyptiorum asserunt, de quibus recensent verba Suidæ, quæ in dictione χημεῖα ex recensione hæc sunt: *Chymia est auri & argenti confectio, cujus libros Diocletianus conquisitos concremavit, propterea, quod Ægyptii res novas adversum illum moliti fuerint, quos duriter atque hostiliter tractavit, eodemque tempore libros de Chymia auri & argenti ab antiquis scriptos conquisivit atque incendit. Ne deinceps Ægyptii arte illa divitias compararent, neu pecuniarum abundantia confisi, deinceps adversus Romanos rebellarent.* Potissimum vero inter Ægyptios hoc Hermeti Trismegisto tribuunt. Conf. Panciroli *Rer. memorabil. Lib. II. tit. 7.* ibid. Salmuth in *Not.* Ab his ad Græcos, indeque ad Romanos hanc artem transiisse volunt, hujusque Romanorum scientiæ vestigia inducunt ex Plinio: qui *Histor. Nat.*

Nat. Lib. XXXIII. cap. 4. de Cajo Caligula Principe, refert: *Auri faciendi est etiam una ratio, ex auri pigmento, quod in Syria foditur pictoribus in summo tellure, auri colore, sed fragili, lapidum specularium modo. Invitaveratque spes Cajum Principem, avidissimum auri, quamobrem jussit excoqui magnum pondus, & plane fecit aurum excellens, sed ita parvi ponderis, ut detrimentum sentiret, illud propter avaritiam expertus, nec postea tentatum ab ullo est.* Add. Knichen. *Opus Polit. Lib. II. Part. 2. sect. I. thes. 15. n. 3. pag. 447.*

Th. XVI.

Probata existentia hujus artis, altera præjudicialis maxime quæstio erit indaganda; *An inquirere talem artem sit licitum?* Quod asserere non dubitamus, tam de foro conscientiæ, quam de foro ciuili. Cum hac tamen declaratione, modo inquirentes intra officii sui naturalis terminos se contineant, & illud arcanum, non tanquam avaritiæ & voluptatum instrumentum expetant, verum tantum tanquam mysterium aliquod naturale devote & cum admiratione divini Numinis sectentur. Cum enim naturales scientias excolere, & perscrutari abdita naturæ, nemini sit interdictum, imo potius ad culturam ingeniorum & mentis emendationem pertineat, nulla est ratio firma in contrarium, quare illud generale de scientiis rerum naturalium assertum, in arte Alchymistica fallere debeat; Unde Ol. Borrichius de *Ort. & progress. Chim. pag. 6.* ait: *Sed levia sunt, quæ tetigi, majus quiddam est admirabiliusque, quod inter mudanas scientias nulla propius accedat ad contemplandam in Natura divinitatem, nulla profundius inspiciat opera manuum Dei, nulla magis cum scriptura sacra concordet.* Ut non frustra quoque proverbio jactetur: *Chymia*, ubi in hominem prudentem incideret, *vel eum pium invenire, vel facere.* Add. Delrio in *Disquis. Magic. Lib. I. cap. 5. quæst. 4.* Quo spectant ea, quæ habet Autor libri, cui titulus: **Offenbahrung Göttlicher Majestät** *Lib. V. cap. 75.* ibi: Daß man aber durch die Schmeltzkunst dahin kommen ist/ daß die unartigen metallen verbessert/ und in Silber und Gold verwendet werden/ das

Ars Alchymistica est licita.

ist nicht ein Unweg. Denn diejenigen/ so die rechte Kunst haben/ wissen gründlich/ daß alle metall aus dem einigen Queckſilber wachsen/ darunter nun das Gold am allervollkommensten ist/ und wenn ein iegliches metall in seinen höchsten Grad kömmt/ so wird Gold daraus. So man nun durch die Alchymie mag die Zeitigung der metallen in Feuer fördern / was wolte denn mangeln/ daß man nicht ein iegliches metall könte in seinen höchsten Grad bringen/ und also in den Stand des Goldes stellen. Diß alles wird bey den Unkundigen vor einen Betrug gehalten/ daran sie der Kunst und denen Gaben GOttes eine Schmach anlegen/ denn die rechten Kunst-Meister können diß und anders gut und gerecht thun/ darinnen sie niemand betriegen. Daß aber etliche Spitzbuben und Unkündige sich unterstehen/ in ihrer Unkundigkeit die metall zu sudlen/ brudlen und zu färben/ darinnen sie weder Anfang/ Mittel noch Ende wissen/ dadurch die Leute auffsetzen und betriegen/ das muß man ihrer Unwissenheit/ und nicht denen rechten Kunst-Meistern/ oder der gründlichen gewissen und wahren Kunst zu messen.

Th. XVII.

Objectiones adducuntur & refelluntur Primo Constitutio Johannis XXII. Pontif.

Graviter tamen nobis adversari videtur Constitutio Johannis XXII. Pontificis, quæ extat in *Cap. Unic. de Crim. falsi* in *Extravag. Commun.* in qua non tantum Alchymia prohibetur, verum etiam facientes & ministrantes graviter puniuntur; Verba ejus ita se habent: *Spondent, quas non exhibent divitias, pauperes Alchymistæ: pariter, qui se sapientes existimant, in foveam incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubie hujus artis Alchymiæ alterutrum se professores ludificant, cum suæ ignorantiæ conscii, eos, qui supra ipsos aliquid hujusmodi dixerint, admirentur: quibus cum veritas quæsita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt: iidemque verbis dissimulant falsitatem, ut tandem, quod non est in rerum natura, esse verum aurum vel argentum, sophistica transmutatione confingant, eoque interdum eorum temeritas damnata & damnanda progreditur, ut fidis metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis & non alias Alchymicum fornacis ignem, vulgum ignorantem eludant.*

Hæc

Hæc itaque perpetuis volentes exulare temporibus, hac Edictali Constitutione sancimus ut quicunque hujusmodi aurum vel argentum fecerint vel fieri secuto facto, mandaverint, vel ad hoc scienter (dum id fieret) facientibus ministraverint, aut scienter vel auro vel argento usi fuerint, vendendo vel dando in solutum: verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperibus erogandum, quanti Alchymicum existat, circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitime constiterit deliquisse: facientibus nihilominus aurum vel argentum alchymicum, aut ipso, (ut præmittitur) scienter utentibus, perpetuæ infamiæ nota respersis. Quodsi ad præfatam pœnam pecuniariam exsolvendam delinquentium ipsorum facultates non sufficiant, poterit discreti moderatio judicis, pœnam hanc in aliam, puta carceris, vel alteram, juxta qualitatem negotii, personarum differentiam, aliasque attendendo circumstantias, commutare. Illos vero qui in tanta ignorantia infelicitatis proruperint, ut nedum nummos vendant, sed naturalia juris præcepta contemnant, artis excedant metas, legumque violent interdicta. scienter videlicet adulterinam ex auro & argento chimico cudendo seu fundendo, cudi seu fundi faciendo monetam: hac animadversione percelli jubemus, ut ipsorum bona deferantur carceri, ipsique perpetuo sint infames. Et si Clerici fuerint delinquentes, ipsi ultra prædictas pœnas priventur beneficiis habitis, & prorsus reddantur inhabiles ad habenda. Verum si penitius hæc verba inspicimus, facile patet, loqui Pontificem non de *vero* sed auro, & non de veris Alchymistis, sed impostoribus, qui scientiam falso jactitant. Add. Delrio in *Disqvisit. Magic. Lib. I. cap. 5. quæst. 4. n. 2.*

Th. XVIII.

Altera obstantia ex Decreto Gratiani deducitur, & quidem ex *Can. Episcopi 12. Caus. XXVI. quæst. 5.* Vbi in fine canonis hæc habentur verba: *Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior.* Verum collatis antecedentibus facile patet, non omnem transmutationem improbari, sed illam tantum,

Objectio secunda ex Decreto Gratiani

quæ fit contra ordinem naturæ & arte magica, de qua totus textus agit. Non ergo ad Alchymisticam metamorphosin hoc potest extendi, quam absque arte magica fieri posse, supponimus. Delrio in *Disquis. magic. Lib. I. cap. 5. qu. 4.*

Th. XIX.

Tertia objectio ex Jure Civili

Pariter in adversum objicitur *l. un. Cod. de aur. publ. prosecutor.* ubi Honorius & Theodosius Impp. Aug. severe interdicunt, ne quis *aurum coquendum* sumat. Verum rectius Jac. Gothofredus pro *coquendum* in *d. l.* reponendum esse ait *cogendum* in *Not.* ad *Cod. Theod.* ad *d. l.* Agit nimirum lex de prosecutoribus auri publici in ærarium publicum conferendi, quod proinde cogere sive exigere non licebat, nisi ex præcepto Comitis sacrarum largitionum & indictione Principis. Alii porro *coquendum* accipiunt pro *purificandum* item *excoquendum*, & hac ratione ad artem Alchymisticam referunt. Verum facile patet, dictos Imperatores non loqui de auro artis alchymicæ, sed potius de dolosa interversione pecuniæ publicæ, quæ sine autoritate superioris neque exigenda erat, neque licite exacta diutius retinenda, aut in proprios usus convertenda erat, cum damno publico.

Th. XX.

Non quis cogi potest ad revelandum arcanum

Quanquam vero investigationem hujus artis inter res licitas referamus, tamen non putamus, cogi quem posse, ad revelandum hoc, si qua habet adeptus, naturæ & artis arcanum. Cum enim hæc ars ad necessaria vitæ humanæ subsidia & ad conservandam ejus socialitatem non pertineat, verum in relatione ad jus naturæ, pro re quadam indifferenti ejus investigatio habenda sit; Idcirco nulla sane obligatio juris alicujus perfecti artificem coget ad revelationem ejus scientiæ, quam quidem ad culturam sui ingenii scire potest, sed ut aliis communicet, nulla necessitas cogit, siquidem talis communicatio ad officia quædam humanitatis referenda erit, ad quæ nemo cogitur. Id quod eo magis obtinebit, si

quis

quis deprehendat, sollicitantem in abusum luxuriæ aut voluptatis vertere velle aut posse illud, cujus revelationem anxie efflagitat. Imo nec Princeps suum subditum ad revelationem ejusmodi arcani cogere poterit, quia nexus ille civicus & vinculum subjectionis ulterius subditum non stringit, quam quatenus exacta à Principe ad conservandam rationem status necessario requiruntur: Vnde quoque recte statuunt Politici, inter modos augendi ærarium ordinarios Alchymiam non esse referendam Knipschild de *Civit. Imperial. Lib. II. cap. 16. n. 115.* Cogi tamen eundem posse in casu necessitatis, ut ministerium auri conficiendi præbeat pro conservanda republica, facilius concedimus, cum ita operam tantum ad necessitates publicas finitam præstet, & illa cessante desinat & ministrandi & revelandi necessitas. Et hoc respectu etiam per carcerem, torturam, aliosque cruciatus cogi illum posse statuimus, modo ea conditio & temporum necessitas inciderit, qua alio modo res publica salua esse nequeat, & in præsentissimo versetur periculo. Conf. Klock. de *Ærar. Lib. II. Cap. 117.*

Th. XXI.

Licet porro Alchymiam non illicitam esse censeamus; Attamen propter grandem ejus abusum, & infinitum fere defraudatariorum & falsariorum numerum, caute in hoc *metallorum exercitio* procedendum esse, arbitramur. Et ideo si Princeps tale studium noxium suæ Reipublicæ fore, deprehendat, Legem non iniquam esse putamus, qua cavetur, ne quis piam privatus, sine consensu Principis talem artem tractet, prout Legem in Angliæ regno latam fuisse, notat Besoldus de *Ærar. publ. Cap. III.* Item & Erasmus testatur in *Alchymistica pag. 478.* capitaliter hoc fuisse punitum: Ille, *apud nos* ait, *capitale est, si quis alchymisticam exerceat, absque Principis permissu. Et jure quidem, siquidem credulorum hominum aures verbis ditant, pecunia inanes ut reddant loculos.* Conf. Faust ab Aschaffenb. *Consil. pro Ærar. Classf. V. Ord. 499.* Add. Magnif. Dn. Budeus in Dissert. *An Alchym. toler. in rep.* Th.

Cautela circa hanc artem observanda.

Th. XXII.

Alchymia legitimationi comparatur

Cognitis proinde generalibus Alchymiæ argumentis, jam ad ſpecialia JCtorum placita deſcendimus, quæ ſparſim in illorum ſcriptis deprehendere licuit. Et quidem circa Jus Perſonarum hic notandum venit; Quod Baldus in *Cap. Canonum X. de Conſtitut. n. 23.* Legitimationem comparet Alchymiæ, ex eo, quod faciat apparere illud, quod non eſt, transmutare tamen unam ſpeciem in alteram non poteſt. Sicuti legitimatus figuram legitimi gerit, ſed non habet eandem ſubſtantiam, quæ debet proficiſci à rerum natura. Verum licet facile pateat, Baldum illum JCtum loqui de auro quodam fictitio ac falſo, ac proinde ad verum aurum Alchymicum non pertinere; Attamen quanquam etiam de vero auro accipere velimus, non tamen per hanc comparationem veritati noſtræ artis Alchymiſticæ poterit detrahi. Etenim ſi differentiam inter libcros legitimatos, & legitime ac naturaliter natos inſpicimus, non differunt invicem tanquam verum à falſo, ita ut contradictoria eſſe debeant, aut uno poſito, alterum negetur, ſed tantum tanquam quædam disparata inter ſeac in cauſis quidem proximis inter ſe diſcrepent, attamen in uno invicem genere conveniant, atque in unum juris effectum concludant. Siquidem, quod in liberis naturaliter natis eſt & operatur naturæ principium; illud in legitimatis eſt lex & legislatoris auctoritas, & uti ars naturam imitari dicitur, juxta *l. 16. ff. de adopt.* ita quoque in legitimatione ſupplet naturæ defectum Principis voluntas, ut inde legitimatus, pro differentia caſuum, paria jura cum liberis legitime natis conſequi dicatur in iis, quæ à legis civilis diſpoſitione dependent, uti ſunt jura dignitatis, ſucceſſionis, & alia, prout varii ſunt legitimationis cujuslibet effectus. Add. Hahn ad *Weſenbec. tit. de his qui ſui vel al. jur. ſunt num. 2. & ſeqq.* Hæc proinde ſi ad aurum Alchymicum transferamus, etiam dicendum erit, non diſtare illud à vero auro eſſentia ſua & effectu, ſed tantum in principio motus naturalis vel per ſe

vel per artificem excitati; Ut hinc aurum naturaliter natum ab auro chymice facto neutiquam tanquam verum à falso differat, sed tanquam disparata quædam, ad unum tamen finem tendentia, spectentur.

Th. XXIII.

Porro ex Jure Personarum quæritur; An pro prodigo sit declarandus is, qui nimis Alchymiæ studio indulget? Quod affirmare possumus, eo casu, si quis omnem suarum facultatum substantiam chymicis processibus absorbere incipiat, aut propter credulitatem suam impostoribus aures præbeat, & ita sua bona direptionibus improborum hominum exponat, siquidem & eidem competit definitio prodigi, quod finem expensarum nesciat, & in prodigenda pecunia nimis sit incautus *l. 1. pr. ff. de Curator. furios.* Atque huc quadrat illud, quod de genio sui temporis notat Tacitus *Lib XVI Annal. cap. 3.* ibi *gliscebat interim luxuria, spe inani, consumebanturque veteres opes, quasi oblatis, quas multos per annos prodigeret. Quin & inde largiebatur, & divitiarum expectatio, inter causas paupertatis publicæ erat.* Ut inde providi sit magistratus, medelam in tempore quærere, si quis ipsi sibi satis cavere nesciat.

An Alchymista habeatur pro prodige.

Th. XXIV.

Præterea non inutiliter quæritur; An Uxor sequi teneatur Maritum Chymicum, terras peragrantem, ut artis suæ patronum inveniat? Quod quidem primo intuitu affirmandum videbatur, si conditionem & professionem ejus ab initio sciverit. Quanquam enim alias uxor maritum vagabundum sequi non teneatur Richt. *Part. I. dec. 9. n. 6.* hoc tamen limitatur, nisi conditionem ejus ab initio sciverit, quia tunc mores illius approbasse & in vivendi istam rationem consensisse videtur Peretz ad *tit. Cod. de Nupt. n. 21.* Ut hinc ad maritum chymicum non incongrue concludi posse censeatur, cum ejus conditio in obambulando & offerendo suas scientias consistere queat, quo ita & sibi & aliis proficiat,

Uxor an sequi teneatur Maritum Chymicum.

& ideo uxor eundem sequi debere necessum habere debeat. Verum his non obstantibus contrarium verius esse putamus, siquidem ad *necessariam* artis hujus chymicæ professionem non pertinet peragrare terras; imo suspectum jam habetur, jactitando artis arcana, mysteria hujus scientiæ profanare velle, & obviam euntibus quasi mercatum exponere, cum potius perpetuum Alchymistarum symbolum esse debeat, in *silentio* & *spe*.

Th. XXV.

An datum pro redimendo filio captivo alchymico, sit conferendum aut restituendum.

Ex jure Rerum hic movenda Quæstio; An ad illud, quod datum est à Parentibus ad redimendum filium propter fallentem probam captivum, in hæreditatem communem reliquis liberis conferendum quis sit obligatus? Quod affirmandum esse censemus. Cum enim talia à parentibus data nullibi oneri collationis sint exemta, idcirco merito sub regula communi manent, & conferenda erunt, neque enim favor aliqnis causæ hic concurrit, propter quam debeamus à dispositione juris communis recedere, & cum ejusmodi data ex substantia parentum de quorum successione agitur profecta sint, atque in descendentes collata, inter quos ex naturali quodam affectus & pietatis motu æqualitas maxime servanda arg. *l. 7. ff. de bon. damnat.* hinc omnino dicendum, ea, quæ hac occasione, uni liberorum, præ aliis magis sunt data, in communem parentum hæreditatem esse contribuenda *l. 1. pr. ff. de Collat. bonor.* Nec obstat, quod alias dicatur, data ad redimendos captivos referri ad piam causam *l. 17. Cod. de postlim. reverf.* hæc vero, ex pietatis conjectura donata præsumantur arg. *l. 1. C. de negot. gest.* At vero donata liberis non conferri debeant, juxta *l. 20. §. 1. Cod. de Collat.* Unde quoque nonnulli Interpretes deducunt, quod nec id collationi subjaceat, quod ex libera voluntate parentes pro delicto filii exsolvunt, cum videatur ex commiseratione quadam, atque ita ex pietate impensum Carpzov. *Part. III. Const. XI. def. 25.* Gomes. ad *L. Tauri 29. n. 20.* Verum uti in mulcta pro filio simpliciter,

pliciter, citra expressam donationem, soluta, contraria opinio verior, illam omnino conferendam esse, cum filius delinquens beneficio certe affici non debeat, & suo delicto portionem aliorum liberorum bene merentium imminuere arg. *l. 22. C. de pœn.* Vinn. de *Collat. Cap. 13. n. 20.* Peretz in *Cod. tit. de Collat. n. 12.* Ita quoque eandem sententiam circa hanc Chymiam à filio infeliciter tentatam defendendam arbitror, quod data à parentibus ad eum liberandum omnino conferri debeant. Aut enim ex *dolo* fefellit, aut ex *culpa.* Sin prius beneficio, commiseratione & donationis præsumtione benigna est indignus. Sin posterius acciderit, culpa cuique sua non tertio nocere debet, ut hinc iniquum foret, culpam referre in reliquos liberos, & illorum portiones propter culpam alterius imminuere, ubi expressa Parentum voluntas donandi non appareat, & salva maneat reliquorum legitima. Erit autem hoc casu ex omni culpa reus, quia non tantum si ex imperitia proba exciderit, hoc culpæ annumeratur, siquidem imperitia in eo, qui artem profitetur culpa est per *l. 132. ff. de R. J.* sed etiam qui negotio periculoso, quale est Chymiæ exercitium, se committit, extra culpam non est positus, quod affectet id, in quo vel intelligit, vel intelligere debet suam infirmitatem prout loquitur JCtus in *l. 8. §. 1. ff. ad Leg. Aquil.* Quodsi vero *mere* casu fortuito proba defecerit, aut jussu & voluntate Parentum probam susceperit filius, & debitam adhibuerit diligentiam, tunc si parentes, amoris affectu victi, aliquid dederint ad redimendum filium, facilius præsumetur donatio, & collatio cessabit, usque ad quantitatem legitimæ liberorum reliquorum; modo nullis dolosis aut captiosis persvasionibus inducti fuerint parentes ad redemtionem faciendam, & modo contraria de repetendis aut conferendis talibus impensis, vel protestatio, vel conjectura non existat: hanc enim præsumtam donationem intervertere satis clarum est ex *l. 34. ff. de negot. gest. l. 11, l. 15. Cod. eod.* Isto proinde casu, ubi præsumta donatio cessat, eundem filium etiam ad restitutionem faciendam, compelli posse exi-

ſtimamus, eorum, quæ à parentibus ad ſe liberandum accepit, vel quæ immediate forte Principi captivum filium tenenti ſoluta ſunt, & conſiderandum illum eſſe tanquam debitorem hæreditatis, idque ſive expreſſe ad reſtituendum ſe obligaverit, ſive non. Siquidem ex reciproca quadam negotiorum geſtionis obligatione, Parentibus eorumque hæredibus ad indemnitatem eo nomine præſtandam, ex ipſa legis & æquitatis ratione erit obligatus. arg *l. 1. & ſeqq. ff. de negot. geſt.* Sicuti enim iſte, qui lytron pro captivo ab hoſte ſolvit, repetitionem ejus habet, ſi conſtet de animo repetendi, adeo, ut redemtum tamdiu, donec recuperaverit, quaſi pignoris loco, juxta leges Civiles, detinere poſſit, ſecundum *l. 2. l. 6. Cod. de poſtlim. reverſ.* multo magis ad reſtituendum compelli poterit is, pro quo parentes tale quid in redimendum impenderunt, cum tali favore ejusmodi redemtio in jure non gaudeat, quali redemtio captivorum ab hoſte habetur.

Th. XXVI.

Legatum apothecæ an contineat alchymica

Ex cauſis Legatorum huc refertur; An legata Apotheca vel Officina medicinali, etiam inſtrumenta ac Proceſſus alchymici legato cedant. Id quod de *inſtrumentis* affirmandum cenſeo, uti ſunt phiolæ, vitra, carbones &c. cum talia ad neceſſarium apothecæ atque officinæ inſtructum pertineant. De Proceſſibus vero alchymicis, uti vulgo vocantur, nego, ſiquidem tales non *loci* ſed *artis* cenſentur inſtrumenta, adeoque pro rebus incorporalibus habendi, qui proinde ſub legato rerum *locali*, quale eſt legatum apothecæ vel officinæ, non poſſunt contineri. Sicuti enim ſi legentur bona certo loco contenta, non comprehenduntur actiones & jura quorum inſtrumenta ibi reperiuntur, juxta *l. 86. pr. ff. de legat. 2. l. 41. §. 6. de legat. 3.* propterea, quod illa jura prædicatum loci proprie non recipiant, Struv. *Synt. Civ. Exerc. XXXV. th. 13.* Ita quoque idem de talibus proceſſibus erit aſſerendum, quod magis hæreditati cedant, quam tali legato. Verum ſi domus cum jure apothecæ legetur,

magis

magis adhuc quæritur, an non isti debeantur? quod itidem nego, quia scilicet jus illud apothecæ juxta vulgarem & forensem vocabuli acceptionem tantum ad præparationem medicamentorum pertinet, quatenus à Medico perito præscribuntur, non ad instructionem, cum regulariter apothecario non sit juxta ordinationes Provinciales permissum, ea, quæ ad medicinales curationes pertinent, propria auctoritate ministrare. Quodsi vero Apothecariis ex more regionis vel ex concessione superioris, curationes quoque ibidem competant, tunc processus quoque Chymicos, quatenus ad sanitatem & curationem spectant, contineri arbitror, cum sit accessorium juris apothecarii legati, ejusque exercitium necessarium respiciant. Nec tamen Processus Alchymistici erunt comprehensi, utpote qui proprie nec apothecæ nec medicinæ pars sunt, adeoque sub medicinalibus non continentur.

Th. XXVII.

Circa Contractus inprimis quærunt; Num aurum factum per Alchymistas possit pro vero vendi? Quod alii negant. Verum de fictitio & falso hoc est capiendum, non de vero. Vti respondet & resolvit hanc quæstionem Jacobus de Bello Visu in *Pract. Crimin. Lib. I. Cap. 8. n. 14.* ubi ita loquitur: *Sed nunquid aurum factum per Alchymistas potest vendi pro vero auro. Dicit Thomas, quod non habet easdem proprietates, quas habet verum aurum, ut lætificare & confortare cor, purgare loquelam, & quasdam alias proprietates, quas habet verum aurum, & non aliud, ideoque non videtur, quod aurum tale pro vero auro vendi possit. Sed ipse male dicit, quia aurum de vera arte Alchymiæ factum, plus vel saltem tantum valet, quantum verum aurum, quinimo majores proprietates habet, quam habeat aurum commune, & hoc probatur per philosophos in arte Alchymiæ, in libellis eorum.* Certe Thomas Aquinas in *summa tot. Theolog. Part. 2. part. 2. Quæst. 77. artic 2. n. 414.* distingvendo procedit, dum ait: *Propter defectum speciei substantialis non videtur reddi venditio rei illicita, puta si aliquis vendat argentum vel aurum*

Venditio auri Alchymistici.

Alchymicum pro vero, quod est utile ad omnes humanos usus, ad quos necessarium est argentum vel aurum, puta ad vasa, & ad alia hujusmodi. Nimirum putat, hoc casu pretium quidem decrescere debere venditionis, non tamen totam emtionem esse nullam, cum non sit error in substantiali qualitate, sed tantum in bonitate. Et ideo pergit idem *l. cit.* in *Conclus. d. Artic.* sequentibus verbis: *Ad primum ergo dicendum, quod aurum & argentum non solum cara sint propter utilitatem vasorum, quæ ex eis fabricantur, aut aliorum hujusmodi: sed etiam propter dignitatem & puritatem substantiæ ipsorum. Et ideo, si aurum vel argentum ab Alchymicis factum veram speciem non habeat auri vel argenti, est fraudulenta & injusta venditio, præsertim cum sint aliquæ utilitates auri & argenti veri, secundum naturalem operationem ipsorum, quæ non conveniunt auro per Alchymiam sophisticato. Sicut quod habet proprietatem lætificandi, & contra quasdam infirmitates medicinaliter juvat: Frequentius etiam potest poni in operatione, & diutius in sua puritate permanet aurum verum quam aurum sophisticatum. Si autem per Alchymiam fieret aurum verum, non esset illicitum ipsum pro vero vendere, quia nihil prohibet, arte uti vel aliquibus causis naturalibus, ad producendum naturales & veros effectus.* Concordat Brunnemannus, qui in *Exercitat. Justin. XX. ad princ. Inst. de Emt. Vend. n. 9. & seqq* suam de auro chymico sententiam exponit sequentibus: *Sed quid si Alchymisticum aurum pro vero vendatur? Quodsi aurum illud à Chymicis elaboratum verum aurum est, & ut artifices ajunt, nonnullis tantum qualitatibus distat, emtionem valere consequens est, ut tamen venditor teneatur in id, quanti interest, emtorem deceptum non esse.* Add. Schepliz. ad *Consvet. March. Part. IV. Tit. 4. n. 23. & seqq.* Cum ergo nos supponamus, aurum per Alchymiam perfectionatum esse verum aurum, hinc recte illius venditio procedet, cum sit res, quæ æstimationem & pretium ex materia & pondere suo recipit, & ita objectum hujus contractus habile potest constituere arg. *l. 1. ff. de rer. permut.* Quod si tamen per impostores fraus interveniat, ut si aurum non satis diu elaboratum pro perfecto & puro vendatur, emtio quidem valet, verum ad interesse obligatur venditor, & judicio

quanti

quanti minoris pretium pro rata diminuetur, in quantum aurum tale minoris valoris deprehensum fuerit, ob deficientem promissam qualitatem, prout dicit Paulus in *l. 10. ff. de contrab. empt.* ibi: *Aliter, atque si aurum quidem fuerit, deterius autem, quam emptor existimaret, tunc enim emptio valet.* Cum enim à partibus nec in corpore neque in materia erratum fuerit, emtio tenet, salvo tamen interesse, non enim materiam mutat deterioratio, sed qualitatem tantum bonitatis extrinsecæ, *l. 13. ff. de A. E. V.* Hoc tamen insigniter limitatur, si illud expresse, per modum conditionis fuerit in contractu suppositum, ut *solidum & perfectissimum* esset aurum, tunc enim emtio erit nulla, si deterius deprehendatur, non tam propter deficientem bonitatem, quam deficientem conditionem, per conventiones partium expresse definitam juxta *l. 41. §. 1. ff. de contrab. empt.* Faber in *Ration. ad Pand d. l. 10.* Similiter nulla erit emtio si penitus nullum fuerit aurum, sed vel æs tantum inauratum. vel orichalcum ad splendorem auri tinctum pro auro fuerit ignoranti venditum *l. 14. ff. de contrab. empt. l. 45. ff. eod.*

Th. XXVIII.

Veris Alchymistis opponuntur Falsi seu *Pseudo Chymici* ac Impostores, quorum fraudes uti sunt innumerabiles, ita mores & critiria illorum varie depingunt scriptores, Testimonia exhibet Faust ab Aschaffenburg in *Consil. pro Ærario Class. XVI. Ord. 162.* ubi sequentes rhytmos refert de Alchymia. *Illa est ars sine arte, cujus summa pars, cum parte, cujus mater otiari, cujus verba sunt nugari, cujus votum denigrari, cujus fama annotari, cujus proba est mentiri, cujus vita impediri, cujus labor est inflare, cujus fructus mendicare, cujus merces nunquam stare, cujus pœna est perire, & in cruce interire.* *Pseudo Chymici eorum mores*

Th. XXIX.

Falsum proinde tale ab Alchymistis committitur 1) *aureas* vel *argenteas laminas* metallo superinducendo, ut speciem auri *Falsa Alchymista-*

rum recen-sentur circa aurum lamina-tum.

auri vel argenti faciat, uti casum refert Julianus in *l. 41. §. 1. ff. de contrah. empt.* ibi: *Mensam argento coopertam mihi ignoranti pro solida vendidisti imprudes, nulla est emptio, pecuniaque eo nomine data condicetur.* Supponit nimirum hic JCtus casum, quo venditor expresse affirmaverit, mensam esse ex solido argenteam, & sub illa qualitate expresse emisse censetur emtor, ut proinde hac deficiente, nulla omnino esse debeat emtio; Et ita separanda est mensa inargentata, hoc est, ex argento & alia materia mixta, ab ea, quæ non, nisi argento cooperta est. De ista loquitur *l. 14. ff. de contrah. empt.* de hac vero propositæ legis decisum. Add. Cujac. *Lib. II. Obs. 4.* ubi pro conciliandis dictis Legibus ita differit: *Ego separanda esse puto inaurata vel inargentata ab eis, quæ auro vel argento cooperta sunt. Illis aurum vel argentum immixtum & infusum est, & ideo, qui rem inauratam emit pro aurea, non omnino errat in materia; namque in ea inest auri aliquid. His autem, quæ argento cooperta sunt, argentum infusum vel immixtum non est; Et ideo, qui mensam ligneam argento coopertam, pro argentea emit, omnino errat in materia, mensa enim nulla ex parte argentea est, sed operimento duntaxat laminæ est vestita.* Vnde quoque Papinianus JCtus distingvit inter mensas *argenteas* & *argento inclusas* in *l. 9. §. 1. ff. de supellect. leg.*

Th. XXX.

Falsum per auri colorem tinctum.

Porro 2) falsum fit, metallum *colore aureo* tingendo, de quo extat *l. 8. ff. ad Leg. Corn. de fals.* ibi: *Quicunque nummos aureos partim raserit, partim tinxerit vel finxerit, si quidem liberi sunt, ad bestias dari: si servi, summo supplicio affici debent.* Etenim hic JCtus per *tingere nummos* nihil aliud intelligit, quam ita æs aliquod tingere, ut aureum appareat & existimetur, quod proinde merito tanquam falsum graviter foret etiam in Alchymistis coërcendum. Quanquam enim Hottomannus *Lib. V. Obs. 16.* pro *finxerit* legere velit, *strinxerit*, quod stringere nummos idem sit ac rarefacere & pondus illorum elevare, tamen, uti advertit Mathæi de *Crimin. Lib. XLVIII. tit. 7. Cap. 4. n. 2.* ibi; *Ego nullam video causam recedendi à Pandectis seu Libro Floren-*

Florentino, qui tinxerint, habet, non ſtrinxerint. Tinguntur autem nummi non aurei, ſed ærei, dum inaurantur, ſtannei, dum inargentantur Neque ulla nos neceſſitas cogit in d. l. 8. per nummos aureos, probos intelligere, cum aureus dici poſſit & ille, qui aurum mentitur. Et vero reprobum ibi intelligendum eſſe, etiam verbum ſequens, finxerint, innuit, quod magis ad nequam nummos, quam bonos pertinet.

Th. XXXI.

Admixtio auri falſaria

Præterea 3) falſum fit ab Alchymiſtis, materiæ aurum clam *admiſcendo*, ut deinde evaneſcente vel ſubtracto ſuppoſito metallo, aurum in proba remaneat, Id quod generali nomine intelligi poteſt ſub *vitio auri* addito, quod Lege Cornelia de falſis coerceri dicitur in *l. 9. pr. ff. ad Leg. Corn. de falſ.* ibi: *Lege Cornelia cavetur, ut qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos flaverit, falſi crimine teneri.* Quanquam enim proprie textus loqui cenſeatur de auro vitiato, ubi ſcil. puro auro æris aliquid vel cupri fuerit admixtum, & ita ſubſtantialis materia vitii fuerit aurum, tamen nil prohibet, quo minus ex hac falſi admixtione concludamus ad aliam falſi ſpeciem, qua aurum alicui materiæ ſuppoſitæ admiſcetur, ut ſpeciem artis alicujus transmutatoriæ faciat impoſtor, & videatur crudum antea metallum in aurum convertiſſe, quod tamen antea clam addidit, & ita probam artificii falſo quodam corrupit. Et ita dicitur *æroſa pecunia* in *l. 102. pr. ff. de ſolut.* pro illa, quæ aliquid tantum ex auro vel argento habet admixtum, in ſubſtantia tamen ſua æs eſt & aliquod vilius metallum, quam pro quo, quoad externam ſpeciem, venditatur. Conf. Coras *Lib. I. Miſcellan. cap. 5.*

Th. XXXII.

Peculatus crimen quatenus Alchymiſta committat

Tenetur porro Lege Julia de *peculatu*, ſi quis Alchymiſta pecuniam ex ærario publico corruperit, eique vitii quid indiderit, Vti ſunt verba Vlpiani in *l. 1. ff. ad Leg. Jul de pecul.* ibi: *Neve quis in aurum, argentum, æs publicum quid indet, neve immiſceat, neve quod quid indatur, immiſceatur, faciat ſciens dolo malo, quo id pejus fiat.* Capienda nimirum lex potiſſimum de auro & argento publica forma ſignando, daraus Müntz ſoll geſchlagen

werden/ utſi quis materiæ iſti ad ſignandum publicè paratæ aliquid æris admiſcuerit, ille incidat in peculatus crimen. & aliquid ex publica pecunia ſurripuiſſe dicatur. Licet enim pecunia nondum ſignata, fuerat, erat tamen & illa materia in ærario & peculio publico, ut inde per talem admixtionem ſubtractum peculio conſeri poterat.

Th. XXXIII.

Alchymiſta pecunias acceptas intervertens an furti teneatur.

Verum an *Furti* teneatur, & propterea ordinaria pœna ſuſpendii afficiendus ſit falſus Alchymiſta, non immerito quæritur? Certe plura proſtant exempla, ubi talis pœna in ejusmodi falſarios exercita, & plerumque, ad denotandum eo magis commiſſum crimen, ſolent ſuſpendi in veſtibus von Knitter-Golde/ vel in patibulo aureis laminis obducto mit güldenen Blech beſchlagen/ prout exempla refert Lather. de *Cenſu Lib. III. Cap. 11. n. 65. & ſeqq.* Verum licet non negaverim, Principem aliquando etiam hoc caſu ſine exemplo ſubvenire poſſe, & pœnam talem pro admiſſa fraude ſtatuere. Siquidem etiam crimen falſi pœnam capitalem non reſpuit, uti caſus eſt in adulteratoribus monetæ & aliis *l. 1. §. fin. ff. ad Leg. Corn. de falſ.* Inde cum huic falſo chymico certa in jure noſtro pœna definita non ſit, merito talis pro circumſtantiarum qualitate poterit ſtatui: At vero pœna ſuſpendii non ſtatim arguit furti crimen, cum illa pœna pluribus delictis poſſit eſſe communis. Vnde ſi propoſitam quæſtionem absque præjudiciis, juxta principia Legum Civilium conſideremus, diſtinguendum arbitramur. Aut tales falſarii materias forte ad elaborandum comparatas, vel pecunias in cuſtodiam depoſitas contrectant & aufugiunt, tales omnino furti teneri, cenſeo, quia formale furti, contrectationem rei & materiæ alienæ, invito domino, faciunt, juxta §. *6. Inſt. de Oblig. quæ ex del. naſc.* ibi: *Furtum fit, non ſolum cum quis intercipiendi cauſa rem alienam amovet: ſed generaliter, cum quis alienam rem invito domino contrectat.* Aut vero tales Chymici, volente domino, tales pecunias accipiunt, ut neceſſaria inde artis inſtrumenta & materialia comparent, & hi, interceptis illis pecuniis,

cuniis, aufugiunt, tales quidem tanquam defraudatores alienarum pecuniarum puniri posse existimo, sed non tanquam fures, pecuniam enim talem, tanquam propriam, volente domino, acceperunt, ut hinc non rem alienam contrectaverint, sed fidem saltem datam fefellerint, & habent se instar falsi procuratoris, qui fines commissi sui mandati excedit. Quo spectat assertum Vlpiani in *l. 43. §. 1. ff. de furt.* ibi: *Falsus procurator furtum quidem facere videtur. Sed Neratius videndum esse ait, an hæc sententia cum distinctione vera sit. Vti si hac mente nummos dederit debitor, ut eos creditori perferret, procurator autem eos intercipiat, vera sit: nam & manent nummi debitoris, cum procurator eos, non ejus nomine accepit, cujus eos debitor fieri vult, & invito Domino eos contrectando, sine dubio furtum facit. Quodsi ita det debitor, ut nummi procuratoris fiant, nullo modo eum furtum facere, ait, voluntate domini eos accipiendo.* Ita similiter Chymicus pecunias suo periculo accipiens, eas proprias habere intelligitur, rei autem propriæ furtum non fit Conf Carpz. *Prax. Crim. Part. II. quæst. 85.* Berlich. *Conclus. Pract. Part. V. Conclus. 57. n. 32. & seqq.* ut hinc tanquam defraudator quidem pecuniarum puniri possit, non vero proprie tanquam fur.

Th. XXXIV.

Crimen Stellionatus committunt quandoque Alchymistæ.

Incidit porro in crimen extraordinarium Stellionatus, qui sophisticum aurum pro vero oppignorat vel vendit, arg. *l. 1. l. 36. pr. ff. de pignor. act. l. 45. de contrah. empt.* daturque contrahenti ita decepto vel actio ex contractu ad indemnitatem præstandam, vel accusatio ac persecutio criminis Stellionatus *dd. text.* quanquam commodius habeatur ob probationem agere ex contractu, quam stellionatus nomine; hoc enim casu dolus probandus, isto vero casu saltem damnum, quod probatu facilius Conf. Faber in *Ration. ad d. l. 1.* Pariter etiam laurifabri dolose versantes in Zusatz sive plus æris, quam decet, auro vel argento miscentes, vel, quod gravius est delictum, æs pro argento, vel aurichalcum pro auro subjicientes *l. 4. pr. de legat. 1.* graviter coercentur. Quo spectat Ordinatio Electoris Joachimi Brandenburgici, sub dato

Brandenburgi die Lunæ post diem omnium Sanctorum anno 1555. quam sequentibus verbis refert Schepliz ad *Consvetud. March. Part. IV. Tit. XV. §. 1.* So sollen die Goldschmiede in denen Städten das Rheinische Gold auf 18. grad arbeiten/ desgleichen das feine Silber zu 16. Loth/ bey pœn des Feuers/ doch sollen sie in feinem Golde ½ grad. und in feinem Silber ½ Oventlein in die Fahr haben/ aber gefährlicher Weise nicht brauchen.

Th. XXXV.

Resolutio monetæ an Alchymistis prohibita

Verum Quæritur; An Alchymista monetam auream vel argenteam in fornace ad usus chymicos resolvendo peccet, & propterea puniendus sit? Certe resolutio auri vel argenti, severis Imperii Constitutionibus est prohibita, uti extat in Ordinatione Monetali Müntz-Ordnung Ferdinandi Imp. de anno 1559. §. *170.* statim tamen in subjecto §. *172.* exceptio de *aurifabris* in specie additur, verb. dergleichen/ ob die Goldschmidt Gold oder Silber zur Nothdurfft ihres Handwercks nicht bekommen möchten/ und die güldenen und silbernen Müntzen verbrechen müsten/ so sollen sie doch ferners und mehrers nicht brechen/ denn so viel zu Verlag ihres Handwercks bedürfftig/ und in keinen Weg verkauffen oder verführen/ bey Vermeidung vorgesetzter *pœn* und Straff/ sie sollen auch einige güldene oder silberne Müntze nicht brechen/ ohne Vorwissen ihrer ordentlichen Obrigkeit. Add. Ordin. Saxo. Goth. *Part. II. Cap. 3. tit. 32.* Franc. Curt. *Tr. de monet. n. 20.* Ex quibus proinde patet, liquefactionem ejusmodi monetarum non esse indistincte prohibitam, sed tantum illam, quæ fit dolo malo, ut hinc fusionem chymicam, quæ fit ad usus artis, sub illa non contineri arbitrer. Vnde quoque in specie tale quid Alchymistis permissum esse, notat Farinac. *Oper. Criminal. Part. V. quæst. 115. n. 98.* ibi: *Limitatio IX. est in Alchymia, quæ impunibilis videtur, quia est ars perspicaci ingenio inventa, in qua expenditur tantum pro tanto, & sale pro tali, sine aliqua significatione formæ vel materiæ ex allegatis per Fabiannum de Monte in Tract. de emt. & vend. qu. 5. n. 8.*

Th.

Th. XXXVI.

Huc præterea in primis referenda quæstio; In quantum teneatur Alchymista in proba fallens? Cujus quidem quæstionis decisum distinctim per varios casus considerandum & resolvendum, putaverim; Generatim enim & primario distingvitur; An talis Alchymista, tanquam minister saltem suo domino operas conductitias præstet, qui vulgo *Laboranten* dicuntur; An vero tanquam Magister artis alchymisticæ, proprias probas aliis offerat, & de eventu illarum diviti spondeat. *Primus* evictionem veritatis suppositi processus chymici & bonitatem præstare non tenebitur, cum enim fines sui officii & regulas tantum à suo domino præscriptas sequi debeat, tanquam in alieno mandato & ministerio existens, eventum & casum probæ præstare non tenebitur, cum enim lucrum probæ non ipsi, sed domino suo cedat, utique æquitatis regula non patitur, ut incommodo afficiatur ex casu, qui ipsi imputari non possit. *l. 10. ff. de div. R. J.* habet nimirum se instar locatoris operarum, cujus periculo opera non stat, si nec dolum nec culpam contractui convenientem admiserit arg. *l. 13. §. 5. ff. Loc. Cond.* Vt ita nihilominus operarius ille Alchymista mercedem pro præstita jam opera petere possit arg. *l. 33. ff. Loc. Cond.* Struv. *Synt. Civ. Exerc. XXIV. th. 23.*

In quantum teneatur Alchymista fallens in proba

Th. XXXVII.

Altero casu, si tanquam artis Alchymisticæ magister comparuerit, probam offerat, & pro constituto præmio vendat, rursus distingvitur; Aut *spem* saltem vendidit als einen Vorschlag oder Versuch; aut certum eventum hat die gewisse Probe versprochen. Priori modo eventum non præstat, cum sit venditio spei, juxta *l. 8. §. 1. ff. de contrah. empt.* modo ipse dolo careat, nesciens operam frustraneam futuram, & modo debitam diligentiam adhibuerit arg. *l. 12. 21. ff. de Act. Empt. Vend.* Posteriori modo utique evictionem dictorum ac promissorum præstare debebit, & tam veritatem, quam bonitatem assertam, si scilicet quædam specialiter de oblato arcano affirmaverit arg. *l. 19. pr. ff. de Ædil. Ed. l. 38. §. 10. ff. eod.*

Continuatur argumentum

Th. XXXVIII.

Decisum additur

Sin ergo per *ignorantiam* artis aut culpa quadam admissa fallat, si quidem eventum probæ speciatim in se receperit, tenebitur non tantum ad impensas refundendas, & præmium laboris perdit, verum etiam ad interesse obligabitur, propter fidem dicti, quam specialiter datam adimplere, & illam ex omni parte liberare debet arg. *l. 1. pr. ff. de pecun. constit.* maxime si speciatim indemnitatem promiserit. Non tamen puniendus erit, cum dolo careat; Licet enim improvidus & minus cautus habeatur agyrta, tamen potest & ipse falsa persvasione esse deceptus, ut putaverit, ipsum fallere non posse, licet ars ipsa eundem fefellerit, ignorantiam sui in eodem vindicans, atque ideo doli expers, delicti non possit dici reus, *sæpius enim de facultatibus suis, amplius, quam in bis est, sperant homines*, juxta §. 3. *Inst. qui & ex quibus caus. manum lib.* Quodsi vero insuper Alchymista *dolo* hoc fecerit, & sciens prudensque fallat, committit crimen falsi, & præter restitutionem damni ac impensarum, etiam pœna, pro modo admissi, erit coercendus.

Th. XXXIX.

Ratio dubitandi adducitur & resolbitur

Rationem dubitandi ad superius decisum movent ex *l. 8. Cod de condict. ob caus. dator.* ubi asseritur, quod datum ob conditionem facto impossibilem non possit condici, cum dans illud donasse præsumatur. Vnde quoque Alchymista exceptione pacti taciti de non petendo se posset defendere, si proba fallat, forte quod processus chymicus intentatus natura & facto fuerit impossibilis, ut ita eo nomine datum non videatur posse repeti. Verum etsi Legis illius decisio, casu convenienti, satis recte se habeat, tamen ad intellectum illius bene distingvunt Interpretes; an quis *scienter* ob conditionem facto & natura impossibilem dederit, an vero *ignoranter*. Priori modo repetitio cessat, & donatio præsumitur juxta *d. l. 8. Cod* posteriori modo succurrit alia fortior præsumtio ex *l. 25. ff. de probat.* quod nemo suum jactare præsumatur, & in dubio nemo censeatur liberalis, unde qui ob conditionem impossibilem *ignoranter* dedit, condictionem dati omnino habere debet, juxta *l. 3. §. 5. ff. de cond. caus. dat.* Arque idem contingit in eo, qui falsa Alchymistæ persvasione deceptus dedit pecuniam, hic enim dedit ob causam, quam fieri posse, justo errore existimabat, unde, licet postea appareat, eam fieri non potuisse, tamen propter ignorantiam suam non donasse, sed potius repetitionem sibi tacite reservasse censetur. arg. *l. 6. C. de Cond. ob caus. dat.* Struv. *Synt. Civ. Exerc. XVIII. th. 7.* Nec obstat porro, quod dedisse videatur ad negotium periculi plenum, adeoque dubio rei eventui se committens, casum præstare debeat & eventum quasi inse suscepisse habeatur, cum censeatur processus chymicus negotium novum atque insolitum arg. *l. 11. ff. de negot. gest.* Respondetur, agit textus de indemnitate per negotiorum gestorem domino præstanda, qui certe tale negotium insolitum & novum suscipiens culpa non erit vacuus, ut inde propter arctam suam obligationem casum inde evenientem omnino præstare debeat. At vero hæc ad præsentem nostrum Chymiæ casum transferri nequeunt, ubi non de indemnitate tertii, sed ejus qui ipse suum negotium gessit, & pecuniam ad elaborandum dedit agitur;

ubi

ubi magis danti prospiciendum, qui certat de vitando damno, quam accipienti Alchymistæ, qui lucrum captare intentat. Neque est, quod ulterius objicias, damnum hoc accipientem sua culpa sentire, quod credulus fuerit, & rem non prius penitus exploraverit, & ita non fore eidem succurrendum arg. *l. 203. ff. de Reg. Jur.* Etenim fallit hæc regula, ubi dolus adversarii concurrit, qui alterum ad aliquid induxit, & faciendum quid suscepit, quod alter bona fide per ignorantiam secutus est, tunc enim culpa non patienti, sed agenti persvasori erit imputanda. Denique non obest, quod talis contractus cum Alchymista initus videatur sponsioni aut ollæ fortunæ similis, ob incertitudinem rerum & frustraneas sæpe tentationes, adeoque dans vel ponens pecuniam sorti potius dedisse intelligatur, & sic in contrarium eventum non possit repetere, ex eo, quod sors nemini facere injuriam dicatur, & casum inferat, quem nemo regulariter præstat, sed danti pecuniam, tanquam domino nocere debeat arg. *l. 23. ff. de Reg. Jur. l. 6. l. 9. C. de pignor. act.* & hinc ex natura sortis atque sponsionis dubium eventum ipse sustinere debeat, & datum non queat condicere arg. *l. 17. §. ult ff. de P. V.* Verum ad formam sponsionum requiritur, ut dubius fuerit ab utraque parte spondentium eventus, quod hic non potest dici; Aut enim Alchymista dubium putavit, & reticuit, atque pro certo rem & indubitato processu affirmavit, tunc est in dolo qui sponsionibus obest Aut dominus qui dedit pecuniam, ex persvasione Alchymistæ, non dubium reputavit eventum, tunc non potest dici sponsioni aut sorti se commisisse, & ideo deficiente forma sponsionis, nec iste contractus pro sorte quadam aut sponsione erit reputandus, & ideo dati omnino dabitur condictio, vel promissi retentio, si proba ab Alchymista oblata fefellerit.

Th. XL.

Incantationes prohibitæ

Debent porro *Incantationibus* abstinere Chymistæ, uti advertit & monet Decian. *Tract. Crimin. Lib. VII. Cap. 23. n. 12.* ibi: *Vt Chymistæ, quorum ars modo non fiat incantationibus, prohibita non est, modo metallo confecto ea arte utatur pro eo, quod est, ut si sit probum, pro probo, si sophisticum pro sophistico.* Alias si per glaucoma aliquod diabolicum falsum aurum pro vero subjiciant, vel etiam in elaborando tali metallo arte diabolica utantur, merito plectendi sunt. Add. Delrio in *Disquis. magic. Lib. I. cap. 5. quæst. 3.* Eodem referuntur *media superstitiosa* quæ interdum Alchymistæ adhibent, & pactum expressum vel tacitum cum dæmone involvunt, quæ ibidem pro modo admissi varie coercentur. Add. Lather. de *Censu Lib. III. Cap. XI. n. 53. & seqq.*

Th. XLI.

Epilogus

Habes ergo B. L. quæ in præsens de Alchymia exhibere placuit, ubi si quædam non satis commode dicta, aut ad omnium sensum elaborata deprehendas, cogitalis, nos tentamen saltem aliquod proposuisse, ad publicam disputandi materiam, & pleraque ex analogia & ratione juris deducere debuisse, cum in minus fertili illa materia, aristas tantum colligere potuerimus, ubi uberior scriptorum messis deficiat; Interim plura addenti parem referemus gratiam, quam nos in primordio ponendo expectamus.

* * *

ARtis, quæ plumbum convertere geſtit in aurum,
Jura favente DEO non ſine laude doces.
Porro operare bonis Muſis, Themidemque verere.
Certe auri ramum Numina ſancta dabunt.

Nobiliſſimo Dn. Reſpondenti, auditori ſuo induſtrio & dilectiſſimo, teſtandi ſingularis affectus, cum voto individuæ felicitatis, gratulabundus poſ.

Jo. Bernhardus Frieſe/ Conſil. Sax. aul. & Anteceſſor.

DUm Tua felices ornant jam præmia plauſus,
Quæ Tibi doctrinæ cultus & ordo refert;
Applaudo lætis, ductis ex pectore, votis,
Adſiſtat cœptis Numinis alma manus.
Progreſſus proſper cingat Tua tempora lauru,
Fauſto concludant ſingula fine ſuo.
Sic erit illa ſalus, quam ſpes, quam vota piorum,
Quam Tua promeruit culta labore Themis.

Hæcce in honorem Cathedræ Affini ſuo plurimum dilecto gratulabundus adſcripſit

PRÆSES

SEcula ZULICHIOS quidni nova noſtra ſtupeſcant
Quam fortique aliis exemplo ponat EOSDEM
Doctior orbis & omnigena chorus Arte Sophorum
Inclytus? HÆC excellentes DOMVS optima grandi
Laude dat EVSEBIES coryphæos, claraque quondam
Lumina THEVLOGIES, FRIDEMANNOS, certa Sacrorum
Fulcra: dat & THEMIDOS, MICHAELEM, oracula divæ,
Auſa Juventutis cujus præclara decoræ
Suſpicit hic Pindus patrius: Celebresque ſerenæ
Saxoniæ MEDICOS OTTONES exhibet oris.
Gnatorum Trigam felicem ZVLICHIDARVM!
Vivat ZVLICHIDVM Domus atque propago perennet,
Eὐσεννοςque gradu vigeat PATER undique ſummo!

Nobiliſſimo & Doctiſſimo DOMINO MICHAELI FRIDERICO ZVLICHIO, Cognato ſuo Conjunctiſſimo, De JURE ALCHTMIÆ omnium cum applauſu in Academia Salana diſputanti ſic gratulatur

ALBERTVS CONRADVS KAVLIZIVS,
Phil. & Med. Studioſus.